Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



secundo aut media nocte · aut gallicantu · aut mane · ne cum venerit repente · invenat vos dormientes
Quod autem vobis dico omnibus dico
vigilate :

Erat autem pasca et azima
post biduum : et quaerebant
summi sacerdotes et scribe
quomodo eum dolo tenerent et occide
rent · Dicebant enim · Non in die festo :
ne forte tumultus fieret in po
pulo · Et cum esset bethanie in do
mo simonis leprosi · et recumberet
venit mulier habens alabastrum
unguenti nardi spiciti pretiosi : et fran
to alabastro effudit super caput
eius · Erant autem quidam indigne
ferentes intra semetipsos : et dice
bant · Ut quid perditio ista unguenti
facta est · Poterat enim unguentum
istud venundari plusquam trecentis
denariis et dari pauperibus · Et fre
mebant in ea · Iesus autem dixit :
Sinite eam · Quid illi molesti estis
Bonum opus operata est in me · Semper
enim pauperes habetis vobiscum
et cum volueritis potestis illis be
nefacere : me autem non semper habe
tis · Quod habuit hec fecit : quia
unguentum corpus meum in sepulturam
Amen dico vobis · Ubicumque predica
tum fuerit evangelium istud in mu
ndo : et quod fecit hec nar
rabit in memoriam eius · Et Iudas
Scariothis unus de duodecim abiit
ad summos sacerdotes : ut proderet eum
illis · Cum audissent gaudentes sunt
et promiserunt ei pecuniam se
daturos · Et quaerebat quomodo illum
opportune traderet · Et primo die a
zimorum quando pasca immolabat
dicunt ei discipuli · Quo vis eamus
et paremus tibi ut manduces pasca

et mittit duos ex discipulis suis
et dicit eis · Ite in civitatem : et occur
ret vobis homo lagenam aquam ba
iulans · Sequimini eum : et quocumque
introierit dicite domino domus · Quia
magister dicit · Ubi est refectio mea
ubi pasca cum discipulis meis man
ducem · Et ipse vobis demostrabit
cenaculum grande stratum : et illic
parate nobis · Et abierunt discipuli
eius et venerunt in civitatem : et
invenerunt sicut dixerat illis Iesus
et paraverunt pasca · Vespere autem
facto venit cum duodecim · Et dis
cumbentibus eis et manducantibus ait
Iesus · Amen dico vobis · Quia unus
ex vobis tradet me · Et manducantibus
mecum · At illi ceperunt contristari et
dicere singillatim · Nunquid ego · Qui
ait illis · Unus ex duodecim · Qui
intingit mecum manum in catinum ·
Et filius quidem hominis vadit sicut scrip
tum est de illo · Ve autem homini illi
per quem filius hominis tradetur · Bonum
erat ei si natus non esset homo ille
Et manducantibus illis · accepit Ie
sus panem · et benedixit fregit · et
dedit eis et ait · Sumite · hoc est
corpus meum · Et accepto calice · gra
tias agens dedit eis · et biberunt
ex illo omnes · Et ait illis · Hic est san
guis meus novi testamenti · Qui pro multis
effundetur · Amen dico vobis · Quia
non bibam de genimine vitis usque
die illa cum illud bibam novum in
regno dei · Et ymno dicto exierunt
in montem oliveti · Et ait eis Ihs
omnes scandalizabimini in nocte ista
quia scriptum est · Percutiam pastorem · et dis
pergentur oves · Sed postquam resurre
xero · precedam vos in galileam · Petrus
autem ait illi · Et si omnes scandaliza
ti fuerit · sed non ego · Et ait illi Ihs